

1 Venisse me in urbem, divertisse apud cardinalem Baronium, te
videre percupiisse, scripsi iamdudum, atque opera Patris cuiusdam O-
ratorii transmisi. Sed taces, nec verbum contra, ut haud aegre cre-
dam quod ferunt, periisse litteras cum nuncio, vi calorum oppresso.
5 Quod si ita est, en alterum tibi earumdem litterarum exemplum: quibus
hoc unum attexo, quod alias quoque de Institutionibus Calvini scripsi
omnem Germaniam nostram hoc a te confutationis beneficium desiderare.
Nam quod Baronius aliquique viri ~~Principes~~ hanc nuper Ae mihi impo-
sitam voluerunt, vides Ill^{me} D^{ne} quam grave futurum sit, quam humeri
10 mei plane non sint ferendo. Atlantem aliquem haec cura desiderat, qui
non ego, sed tu tuique similes, in sacra hac militia iam veterani,
coronis~~que~~ toties decorati. Mihi post principia locus, tutumque ~~mixt~~
~~silentii~~ praesidium, unde me haud extrahi patiar, nisi neminem omni-
no velle intelligam. At voles spero, meque hoc onere levabis,
15 ne detrectasse magis superiorum voluntatem quam summe idoneo conces-
sisse videar. Vale, meque redditum ad meos maturantem piissimis tuis
apud Deum precibus prosequere. Romae, 9 Cakend. Septem. MDCII.

[Justi Baronii, Epistolarum sacrarum, l.III, lettre VII, p.236-237]